

A.-V. 1. Herr Stentzell von Gorka entschuldiget sich, dass er m. g. H. hochzeitliche freude derhalbenn nicht besuchenn konne, daß sie eben vf dieselbe Zeit Ires newerwehleten koniges, den sie entpfahen müssen, gewertig sein. Dat. Posen den 19^{ten} Julii A^o C 73.

A.-V. 2. Ankomen 29. Julii 73.

XXV. (185).

Petrus Kloszowski schreibt dem H. A. F., daß er im Begriff zu dessen Hochzeit zu reisen die Nachricht von der Erkrankung der Braut und Verschiebung der Hochzeit erhalten habe.

1573. 18. August. Poniatow.

Ad. Illrmo Principi Domino domino Alberto Friderico, Dei gratia Marchioni Brandenburgensi, ac in Prussia, Stetinae, Pomeraniae, Cassubarum et Vandalorum Duci Burgrabio Norimbergensi, [Ru]gi-aeque Principi ec. ec. domino domino observandissimo.

Illustrissime Princeps Domine Domine.

Summa observantia collendissime studia et humilima mea offitia in gratiam Illustrissime Cels. vestrae quam diligentissime commendo, et omnia fausta ac felicia, a Deo Opt. Max. ipsi praecor etc. etc. etc.

R^dissimus¹⁾ in christopater Dominus Franciscus Crasinski Deigratia Episcopus Cracoviensis Regni Poloniae Vicecancellarius et Illustris ac Magnifici Domini Joannes Fierliei de Dambrovicz Palatinus et capitaneus generalis Cracoviensis Regni Poloniae supremus Marsschalcus Rohatinensisque etc Capitaneus Petrus a Zborow Palatinus Sandomiriensis etc etc Valentinus Dembinski Regni Poloniae Cancellarius etc etc quam ad postulationem Illrme Cels. vestrae ad has celeberrimas nuptias amicissime summa cum benevolentia, ad XXIII diem Augusti sint invitati, et multis Reipub. gravibus negotiis impediti et retenti venire non potuerint, mihi id iniunxerat, ut loco Magnificentiarum suarum in hoc celeberrimo Illrme Cels. vestrae nuptiarum actu ipse inservirem, ac cum honorem, et reverentiam, quem ipsi praesentes declaraturi essent exhibuerem. Ac cum jam in itinere essem, et ditiones Illrme Cels. vestrae atigissem intellexi Illrimam sponsam in itinere morbo esse detentam, ita ut se Illrme Cels. vestrae nuptiae in aliud tempus non dum certum sint translatae, ita ut ego in itinere subsistere coactus sim. Nihilominus necessarium putavi hac de re Illrimam Cels. vestram certiores reddere, ut inde Illrima Cels. vestra suspicari possit, quo animo qua observantia Inclutus Senatus huius amplissimi Regni, praecipue vero hi amplissimi a quibus

1) Reverendissimus.